



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CL. Romana seu &c. Officiorum. Ordinata in testamento dupli-  
substitutione in easu mortis, & in casu delicti & confiscationis, si deinde in  
codicillis testator dicat revocare onus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

sentia levitates ex suo malo fato ejus indignationem incurrit, in eo statu moriens, hæredem instituit Pius Franciscum Rubeum ex sorore nepotem, cui in solo casu delicti læsa majestatis divinæ vel humanae ob quod confiscatio vel sequestrum bonorum resultaret, substituit præfatum Carolum, quem etiam eum quibusdam considerabilis legatis honoravit; Cumque casus deditur, quod dictus Pius Franciscus a quodam Sacerdote verbis injuriis, ac factis provocatus, pro ejus vita ac honoris defensione potius, quam ex proposto offendendi, aggressorem occidisset, unde Curia Archiepiscopalis Neapolis eum declaravit incursum in excommunicationem contentam in canonice, Si quis suadente diabolo, Curia verò sacerdotalis M. C. V. eum non culpabilem nec punibilem judicavit; Hinc pretendere cœpit Carolus factum esse easum substitutionis, & introducta causa in Rota coram Celsi.

Pro actore scribentes dicebant, quod licet testator substitutionem restrinxerit ad casus criminis læsa majestatis divinæ vel humanae; Attamen potius demonstrative quam taxativa recipendum erat, cum ipse priacipaliter respxerit ad impedientiam confiscationem per sequestrationem bonorum ad commodium fisci, unde propterea substantia voluntatis potius, quam cortex & figura verborum spectanda est. Cumque pena confiscationis pro quo cumque homicidio faltem de consuetudine vel sequestratio intret ad textum in l. 1. & ibi gloss verb gravia C. de acquirendis reis cum concord. per Farinac q. 11 nu. 4. Bonacoss. com. opin. crim. nat. verb. confisatio. Test. cod. verbo confisatio conclus. 714 num. 25. Marcabri. conf 93. num. 97. & per tot. qui per eos allegabantur, hinc proinde evenisse dicebant substitutionis casum, præsertim cum ageretur de homicidio cum circumstantia aggravante, in persona felicitas sacerdotis, quod sacrilegium reputatur ex deductis per Carolum de Graffis de effectibus clericatus, eff 9. nu. 9. Melnoch. de arbitrar. casu 339 num. 15. ideoque facilius ratione gravitatis delicti intrat confiscatio. Peregr. de jure fisci lib. 5. tit. 1. num. 24. Giovagn. conf. 94. num 5. lib. 1. quos & alios in proposto adducabant.

Ac ubi etiam verborum formulæ inhærendum esset, subdebat adhuc factum esse casum criminis læsa majestatis, quale reputatur homicidium committed in persona sacerdotis, qui ulterus erat Officialis Nunniatura. Apostolice, deducendo Gigant. de crimen læsa Majestatis lib. 1 q. 2. Bologn conf. 75 Baer. in tract. de seditionis & presupposito etiam. num. 7. Et fortius dum testator erat sacerdos, quem omnino verisimile est homicidium in persona sacerdotis abhoruisse, unde propterea ad ejus voluntatem interpretandam spectandum erat id quod verisimiliter testator responderet, si loqui posset.

Pro rego convento scribens, cum sensu etiam veritatis prorsus vanam maleque consultum hujusmodi prætensionem dicebam, cum solo fundamento ab eisdem scribentibus in contrarium deducto, quod admixtum retorquetur, testatorem scilicet respexisse effectum impediendi confiscationem, qua non intrante, solum delictum substitutioni locum non aperit, ut ceteris allegatis firmatur per Rotam dec. 97. nu. 1. post primum librum conf. Farin. alias apud Marchesan. par. 1. fol. 1287. Romana fidicom. de Crispoldia 12. Iunii 1647. coram Roias inter suas decis. 238. num. fin. Romana fideicommissi 19. Iunij 1651. Orthob. inter suas decis. 258. nu. 13. & 14. quoniam quando duas conditiones copulativa adji-

ciuntur, utriusque purificatio necessaria est, at quæ una non sufficit, potissimum ubi realiter contemplatus est magis effectus quam ipsa conditio, ut in decisione.

Et propterea cum nedium confiscatio vel sequestratio sequitur non essent, sed potius Curia sacerdotalis eundem reum non culpabilem neque punibilem declaraverit, attento quod ferè invitus, pro vita ac honoris defensione tale homicidium patraverat, hinc dicebam quod versabamur extra omnem difficultatem.

Ponderando præsertim, testatorem respiciendum ad solum effectum impediendi confiscationem vel sequestrationem bonorum, quodammodo mysteriosè se restrinxisse ad prædictos casus læsa majestatis divinæ vel humanae vera ac propria, non autem in propria ac per latitudinem vocabuli, quotnam cum ipse natales habuerit in provincia Bariensi, in qua haec domicilium etiam habebat, ibique vel alibi in Regno bona hereditatis possessurus, hinc rectè sciebat, non nisi his casibus prædicti cari in eo Regno formalem confiscationem quæ pro aliis delictis ignorat, ac propterea reputando puerilis, ea quæ circa sacrilegum vel crimen læsa majestatis per quamdam inproprietatem deducuntur super homicidio in persona sacerdotis, ubi præsertim non est intuitu vel occasione sacerdotii, atque non agitur de delicto appensato, sed vel non punibili ut potest ad defensam, vel saltem extraordinariorum ac levi penæ subiecto, ut potest calore iracundie ex justa & excusabili provocazione, ita in solo fundamento non sequiri effectus per testatorem considerati, insistendo. Atque cum eodem sensu processit Rota quæ contra actorem respondit sub die 27. Aprilis 1652. inter illas impressas ejusdem Celsi decis. 147. & reflectendo ad veritatem, iusta via est resolutio, cui actor aliquo modico ab agentibus pro reo accepto acquievit.

## ROMANA

SEV &c.

## OFFICIORVM

P R O

## FILIIS DELINQUENTIS

C V M

## DATARIA.

Casus soperitus per concordiam.

Ordinata in testamento duplice substitutione in calu mortis, & in calu delicti & confisctionis, si deinde in codicillis testator dicat revocare onus substitutionis, ita ut bona hæredi libera remaneant. An revocata censeatur, vel potius subsistat substitutione in calu delicti & confisctionis;

Ec

Et remissive de validitate substitutionis ad excludendam confiscationem, Et de inclusione legitimæ sub hoc fideicommissio penali.

## 3VM MARI VM

- A**N p. sit fideicommissum in exclusionem confisca-  
tionis & an illud capiat legitimam remissive.  
2 Casus controversie.  
3 A fideicommisso in casu delicti non insertur ad fidei-  
commissum in casu mortis, & econtra.  
4 De materia revocationis substitutionis contenta in te-  
stamento per secundam codicillarem dispositionem  
remissive.  
5 De arguento resultante à discretivo modo loquendi.  
6 Privatio, vel inhabilitatio in casu delicti, quando per-  
curit tempus post quæsum emolumenntum, importat  
solum substitutionem.  
7 Ad regulandam voluntatem testatoris non est attenden-  
dum quid resulset ex potentia legi vel ex casu sed  
quid ipse dixerit, vel opinatus fuerit.  
8 Quod fideicommissum in casu delicti non contineat onus  
& gravamen, sed potius favorem, & de pluribus  
rationibus idem probantibus.  
9 De clausula quo ad iei solet ingratius restitu-  
tio.  
10 Libertas & fideicommissum non compatuntur.  
11 Fallit in fideicommisso in casu delicti.  
12 An fideicommissum in casu delicti impedit libertatem  
alienandi vel disponendi.  
13 De inconvenienti resultante in deferendo doctrinis, eis  
non examinatis.

## D I S C . C L .

- I**N eodem casu disputaro coram Datario, de quo  
habetur actum, suppressione etiam nominibus sub  
titulo de Regalibus ad materiam confiscationis disc. 160.  
qui est finalis, Ulterius duos punctos ibi tractatos per-  
cuentes hanc materiam fideicommissi in casu de-  
lictii: Primò scilicet circa potestatem illud ordinandi  
in genere ob motivum fraudis, quæ si fisco fieret;  
Et secundò circa aliam potestatem includendu sub  
codena fideicommissi etiam legitimam, in quorum  
utroque pro competency potestas resolvitur;  
Actum etiam fuit de hoc punto voluntatis circa  
eiusdem fideicommissi subsistentiam; Cum enim  
pater delinquentis in testamento triplex ordinasset  
fideicommissum, unum simplex seu restitutorium  
in casu mortis, Alterum conservatorium in casu alienationis,  
Et alterum in casu delicti ob quod con-  
fiscatio intraret; In codicilli's vero substitutiones,  
ac prohibitions omnes revocasset, disponendo  
quod filii heredes instituti liberam bonorum dis-  
positionem absque aliquo substitutionis, vel pro-  
hibitionis vinculo haberent, confirmando in reli-  
quis testamentum; Hinc prorsim, cum scribentes  
pro Dataria adversus delinquentis filios, jure delicti  
fideicommissi ordinati in casu delicti & confisca-  
tionis vendicare volentes officia, & iura confisca-  
ta ex causa de qua loco citato, objicerent de dicti fidei-  
commissi revocatione codicillari, super hoc pun-  
cto assumpta fuit particularis disputatio, in qua  
Scribens Ego pro dictis substitutis actoribus, e-  
tiam cum sensu veritatis, (qualis saltem in notabili  
parte per ejusdem Datariae officiales agnita fuit, me-

diant honesta concordia) ex pluribus fundamentis  
dicebam dictam revocationem non percutere hanc  
fideicommissi speciem, sed alias utriusque fideicom-  
missi puri restitutorii in casu mortis ab illo filio  
conservatori in casu alienationis, unde proprius  
recte verificabilis remanebat numerus pluraliter  
testatorum adhibitus, & in quo scribentes pro-  
taria (cum regulis tamquam generalibus) magna ma-  
xilla revocare & annullare substitutiones ac sub-  
stitutiones & vincula in num. plurali.

Primo igitur ponderabam propositionem gen-  
talem, de qua ceteris relatis Rot. deif. 36. nro.  
par. 5. rec. & apud Orthob. deif. 255. num. 20. b. 60  
258. num. 3. ac plures in precedentibus habeban-  
t quod scilicet a fideicommisso in casu delicti in-  
licet inferre ad fideicommissum in casu mortis, &  
contra ob divertam rationem militantem.

Secundò (immorando etiam in generalibus)  
dicebam ea quæ habentur supra in lauen  
vantis disc. 127. ex dispositione textus in l. atque  
qui similis ff. de admitem. legatu cum concord. ibi resu-  
quod s. non de facili admittenda est contradictionis  
revocatio, circa quam strictè quo magis fieri pos-  
procedendum est, potissimum vero ubi testator  
presé profellus est testamentum in ceteris condi-  
mata & approbare ex deductis eodem diffr.

Tertio specialiter, & corollarie ad dictum  
ximum fundamentum generale, ac propositum  
grua applicatione, ponderabam differendum  
loquendi in testamento adhibitum; Sequens  
quando testator loquutus est de fideicommissi  
restitutorio in casu mortis absque filiis, vel de  
restitutorio in casu alienationis, ubi mino  
substitutionis, Quando vero loquuntur de  
hoc fideicommisso in casu delicti, ut in  
privacione, ac inhabilitatione, ideoque in re  
dictis dixerit revocare substitutiones, sub voca-  
bulo dicebam non venire istum casum libido  
so termino explicatum.

Et quavis scribentes in contrarium cum copiose  
legationibus ac argumentis desumptis ex Gallo  
109. lib 2 & Rustico in l. cum aris lib. 6. cap. 5. num. 13  
sequens. infisterent in eo, quod ubi dispositio per-  
va in casu delicti percurit tempus post aditam her-  
ditatem seu quæsum emolumenntum, vere impo-  
ter onus restitutionis jure fideicommissi, non ante  
veram privationem vel inhabilitationem verifi-  
cari solùm in jure querendo; Quod apud Gallo  
conf. 109. ampliatur, quamvis amplius claudatur  
nunc pro tunc; Replicabam tamen istam questionem  
seu conclusionem percutere effectus junctus  
vel altera species dispositionis resultantes, ideoque  
nil commune habere cum casu nostro, in quo  
ponderabatur pro effectu facti, ad defensionem  
seu regulandam voluntatem testatoris, quod ha-  
speciem fideicommissi. quamvis ex dispositione pro-  
importaret etiam substitutionem, sub ejusme-  
vocabulo illam explicare soluerit, sed sub diverso  
& consequenter quod dum in revocatione codicil-  
lari loquutus est de substitutionibus, non antea  
lexerit de ista, quam sub diverso vocabulo con-

pit. Ut enim frequenter in precedentibus adve-  
tur, ad regulandam testatoris voluntatem attende-  
dum non est quid de jure dispositum sit, sequi-  
casus cum tempore produxit aut variaverit, sed  
quid ipse testator in animo habuerit; Ad quod  
comprobandum, inter plura similia, que deduc-  
p. coll.

possent, ponderabam eā, que habemus in questio-  
ne, an sub nomine filiorum veniant nepotes, quo-  
niam ubi etiam juxta unam opinionem, affirmativa  
tenenda sit pro regula, sive juxta alteram constitu-  
endo regulam negativam, ex conjecturis intrare  
posset limitatio, omnia tamen hęc cessant, quando  
ex dispositionis contextu patet ex discretivo modo  
loquendi, quodque testator eos non habuerit pro  
ſygnatim, sed pro discretis ex pluriis deductis in  
precedentibus ad hanc materiam nepotum, alio-  
rumque descendentiū venientium necnē sub no-  
mine filiorum cum similibus.

Et quartō demum magis specialiter, quodque  
magis pro meo iudicio stringere videbatur, ponde-  
rabam quod testator codicilios ordinasset in gra-  
tiam ac favorem filiorum, ut ita remotis vinculis, ac  
fideicommissi oneribus, disponendis libertatem ha-  
beret pro exercitio negotiorum, qua mediante ma-  
jores divitiae comparati solent; Itud verò fideicom-  
missum ordinari solitum in casu delicti & confisca-  
tionis, non continet onus vel gravamen ipsius hære-  
dis, sed potius gratiam ac favorem, quoties pre-  
servit ut in praesenti, substitutus gravatus est bona  
refluere ipsi delinqüenti in gratiam restituto, ex  
iis que occasione agendi de dicto punto compre-  
hensionis legitima sub hoc fideicommisso haben-  
tur dicto disc. 160, sub tit. de Regal. Et consequenter  
estet alia dicere quod inducta ad favorem retor-  
querentur in odiū.

Semper enim hærediti institui intercessit, cīque fa-  
vorabile est, hujusmodi fideicommissum ordinari,  
nedum ob dictam rationem ponderatam allegato  
disc. 160, quod ita ejus intercessit confiscactionem non  
sequi ob spem in casu restitutionis in gratiam, ut se-  
quatur recuperatio que à manib⁹ fisci unquam vel  
raro sequi solet, cum gratiae ac restitutiones frequen-  
tius fieri soleant cum clausula præterquam quodā bo-  
na & iuramento incorporata, & eodem disc. 160, adverti-  
tur; Sed etiam quia ubi neque restitufo sequeretur,  
atque hæres decederet in statu indignationis  
vel servus pœnae, adhuc sine dubio sibi magis grata  
tum ac favorabile est quod ejus bona juxta ordinem  
naturæ transiret ad filios vel fratres, ad quos ipse  
etiam moriente in statu integro verisimiliter ex ejus  
voluntate transiit essent, quam quod transirent  
ad sūcum, qui ita dici potest ejus inimicus.

Et fortius, quia nimium delinqüentium intercessit,  
etiam pro ipsa causa principali concernente ejus vi-  
tam ac libertatem, ut judicibus ac fiscalibus adempta  
sit spes publicationis bonorum, cuius respectu  
(ut quandoque in praxi experimur) rigorofius pro-  
cedi solet, quam procedatur, ubi ita (pes cestet, po-  
tissimum vero ubi vigeat verè damnabilis, ac omnino  
abolendus usus, quod Judices ac Fiscales participant  
de fisci emolumento ex publicatione bonorum re-  
sultante, cum ita induci videatur occasio, licet ac  
publice committendi fordes, & corruptelam.

Atque hinc rolli dicebam ea quae firmata haben-  
tur supra in Romana restitutione dicto disc. 169, in qui-  
bus scilicet ordinato cum pluribus filiis ad favorem extranei  
obligati ad restituendum eisdem in gratiam restitutis; An uno tan-  
tum restituto, huic solam propria  
portione restitui debeat, vel potius tota  
hæreditas, & sic etiam portiones aliorum filiorum in statu banni & in-  
dignationis Principis continuantur, & decedentium.

Et aliqua de fructibus ab hoc extraneo  
ita substituto in casu delicti, ipsis  
hæredibus reintegratis restituendis,  
quomodo, & à quo tempore.

SVMMARIA

decisionib⁹ 255 & 258. Ottob. in Romana censu 161  
Martii 1652, coram Cerro & in aliis.

Insistebant quoque iidem scribentes in auctoritate  
Cyriac. controly 356, quam dicebant canoniza-  
tam fuisse per Rotam apud Rojas decis. 290, ad  
probandum quod istud fideicommissum in casu de-  
lictū impedit bonorum libertatem seu libertam dif-  
poneris facultatem, quam testator hæredibus in co-  
dicillis expressè competere debere voluit, unde  
proprietate per necessarium antecedens, vel conse-  
quentes dicebant, ita istam substitutionem quoque  
sub dicta revocatione comprehendendi, verum ad-  
versus hoc objectum, dicta que auctoritates, dedu-  
cebant eadem, que circa eas habentur infra in Ro-  
mana seu Comen. locorum montium disc. 152, cum ve-  
re tale assumptum nullam habeat substantiam.

Quia verò non habebatur specialis auctoritas in  
contrarium, hinc proinde stantे hoc maledicto, ac  
damnabili abuso pragmatische, qui adeo inolevit de-  
ferendi sub cœca fide specialibus doctrinis, non di-  
stinguendo, an bene vel male fundata sint, minusque  
ad gravitatem vel qualitatem auctoris, sive, An sint  
ad veritatem vel venales ad pecuniam pro opportu-  
nitate requirentis, ipsiusque scilicet operam  
conducentis, incredibile est, quam mag-  
nam difficultatem id intulerit, potissimum ob auctor-  
itatem Rotæ, non advertendo, quod incidenter  
solum dicta doctrina Cyriaci referatur, ut d. disc.  
152.

## PERUSINA TRANSACTIONIS

P R O

MARCHIONISSA ĀMILIA DE  
PĀROLIS DE MONTE

C V M

JOANNE BAPTISTA  
DE UBALDIS.

Casus decisus per Rotam pro Ioanne  
Baptista, & pendet.

De eadem materia fideicommissi in  
casu delicti, eo scilicet ordinato cum  
pluribus filiis ad favorem extranei  
obligati ad restituendum eisdem  
in gratiam restitutis; An uno tan-  
tum restituto, huic solam propria  
portione restitui debeat, vel potius tota  
hæreditas, & sic etiam portiones aliorum filiorum in statu banni & in-  
dignationis Principis continuantur, & decedentium.

Et aliqua de fructibus ab hoc extraneo  
ita substituto in casu delicti, ipsis  
hæredibus reintegratis restituendis,  
quomodo, & à quo tempore.